

**www.e-rara.ch**

**Adagiorvm Epitome**

**Erasmus, Desiderius**

**Coloniæ, Anno M. D. XXXIX**

**Zentralbibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-145181>

[V.]

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ris fuerunt, ut per hos omnibus mortalibus nauigatio esset periculosa. Citatq; Afranium, qui scripsit de quopiam, quod Tyria maria conciret, hoc est, ingentes turbas.

## VANITAS.

**Aristarchus.**

Quæ apud inferos. *Τὰ ἐν ἄδου.*

Id est, Ea quæ apud inferos. Citat interpret Aristarchi autorem idq; inde natum putat, quod Cratinus finxerit quendam apud inferos funem torquentem, a finem autem arrodentem ea quæ ille iam torfisset, atq; ita inaniter laborare, qui torquebat. Vnde quum inania somniisq; similia significamus aptè dicemus adagium, &c.

**Aristoph.**

Deinde expergiscebar. *Εἰς ἐξηγρόμην.*

Id est, Deinde expergiscebar: Hoc dicto significabant uana fuisse quæ dicerentur. Hic iocus prouerbialis etiam hodiernis temporibus familiaris est uulgo, quoties quæ memorantur, uana somniisq; simillima uidentur.

**Dionysius**

Cilix haud facile uerum dicit.

*Κίλιξ οὐ ῥαδίως ἀληθεύει.*

Cilix haud facile uerum dicit. Dionysius in epistola ad Rufum scholasticum. Vetus uerbum est, Cilices haud facile uerum dicere. Quadrabit in hominem auidum lucri, & ob id sæpenuero dicentem non quæ uera sint, sed quæ utilia. Natum adagium à moribus eius generis, quo nomine nunc uulgo notant Traiectinos.

*Cretiza cum Cretensi.*

Aduersus mendacem mendacijs utere. **Paulus.**

*Κρητες ἀεὶ ψεύδονται, καὶ διὰ τὴν ἰσχυρίαν, γαστέρας ἀργαί.*

Cretenses semper mendaces, malè bestię, uentres pigri.

**Aristotel.**

Mentiuntur multa cantores.

*πολλὰ ψεύδονται οἱ αἰοῖδοι.*

In eos quadrabit, qui ad gratiam loquuntur, & auribus blandiuntur. Inde ductum, quod cantores hoc modo spectantes ut delectent ac placeant, pleraq; canunt in laudem auditorum falsa. Nihil enim ueritate grauius, nihil assentatione suauius.

**Martialis**

Fumos uendere. *Proff. poffen, und nicht so duffend, / Proff. poffen, und nicht so duffend, /*

*Proff. poffen, und nicht so duffend, / Proff. poffen, und nicht so duffend, /*

**Pro**

Pro eo quod est, principum benevolentiam, simulato commendationis officio, per occasionem familiaritatis pretio uendere. Nam fumus initio quidē magnum quiddā esse uidetur, uerū euanescit ilico. Martialis carmē hoc est:

Vendere nec uanos circum palatia fumos,  
Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro  
Somnium.

Terentius

Rem furilem inanem & nihili, somnium prouerbio dicimus. Terentius in Adelp. De argento somnium. Lucianus: Omnia illa, subuentanea somnia, sicut aiunt, & uerborum umbræ. Plautus: Hic uigilans somniat.

Ne si bos quidem uocem a dat.

Hinc dictum est, quod in annalibus frequenter commemoratur bos humanam uocem reddidisse. Memini legere, ni fallor, apud Platonem non dissimili figura dictum, etiam si quercus eloqueretur. Nam olim ē quercubus Dodonæis reddebantur oracula.

Hibera nænia.

Hierony.

Hiberas nænias D. Hieronymus nugas appellat, in præfatione, quam præposuit Mofi pentateucho: Quod multi ignorantes, inquit, apocryphorum deliramenta sectantur, & Hiberas nænias libris autenticis præferunt.

Epiphyllides.

Ἐπιφύλλιδες ἄντ' ὄντι καὶ τῶ μύλματ'.

Id est, Epiphyllides sunt hæc & ampullæ mere. Eum senarium Aristophanicū aiunt conuenire in blandiloquos, & phaleris uerborum instructos magis, quā egregijs factis. Calistratus omnes minutulos racemulos epiphyllidas appellari scribit, quod sub pampinis lateant. Nam hinc nomen, quod folijs adhæreant. Est autem id luxuriantis arboris argumentum.

Tantali horti.

Ταντάλῳ κήρι.

Id est, Tantali horti. De bonis, quibus tamen frui non liceat, aut de ijs quæ uideantur aliquid esse, quū nihil sint. Nota est fabula de Tantalo, apud inferos ad aquam stante, deq; pomis in caput imminentibus, quum fitiens interrim atq; esuriens, neutra possit contingere.

Apo

Diogenia  
nus.

Apologus Alcinoi. ἀπόλογος Ἀλκινόου.

Id est, Apologus Alcinoi. De longis & anilibus fabula  
mentis. Refertur à Diogeniano.

Plato.

Anicularum deliramenta. Γραῶν ὑβλ.

Id est, Anicularum deliramenta. De nugis inanibus, cu  
iusmodi solent effutire uetula.

Suidas.

Afinae mortes. ὄνου θανάτους.

Subaudiendum narrat. Dicebatur in eos, qui narrarēt  
absurda ridiculaq; dictu, cuiusmodi fuerit, si quis longa  
narratione persequatur afinae pericula.

Subuentanea parit. ὑπνέμια πικτε.

De uanis ac friuolis inuentis. Translatum ab auibus,  
quæ Veneris imaginatione cōcipiunt oua, sed inania, hoc  
est, unde non gignatur fœtus. Hos conceptus potissimum  
accidere in his auibus, cuiusmodi sunt perdix, gallina, de  
monstrat Aristoteles.

Plinius.

Cyparitti fructus. κυπαρίθου καρπός.

De uerbis dictu magnificis, cæterum inutilibus. Prouer  
bium fluxit à natura arboris, quàm Plinius lib. 16. scri  
bit natu morosam esse, fructu superuacaneam, baccis tor  
uam, folijs amaram, odore uiolentam, ac ne umbra qui  
dem gratiosam.

Cæcum insomnium. τυφλὸν ὄνειρον.

De re friuola uanaq;. Quædam enim insomnia por  
tendunt aliquid, quædam inania sunt.

Plautus.

Calidum mendacium.

Calidum facinus, θερμὸν ἔργον, pro audaci dicitur. Si  
mili figura calidum mendacium, pro audaci & impuden  
ti: Plaut. in Mustellaria: Calidum hercle audiui esse opti  
mum mendacium.

Psydacria.

Scholiasies addit apud Siculos, qui supra nares habe  
rent pustulas, quas illi uocant ψυδάκρια, siue ἰόντες pro men  
dacibus haberi solitos uulgo. Quin & hodie uulgo dicūt,  
Nasus tuus arguit mihi te mentiri.

Plutarch.

Dofones.

Plutar

VICES OFFICII. 515

Plutarchus in uita Pauli Aemilij, tradit Antigonum regem, Demetrii nepotem, eò quòd benigne promitteret omnibus, nec præstaret promissa, populari ioco dictum fuisse Dofonem, quasi Latine dicas dabonem, quòd ille quiduis perentibus respondere soleat δώσω, id est, dabo. Quidius: Promittas facito, quid enim promittere lædit? Promissis diues quilibet esse potest.

VENEFICIA.

Manci pera.

Narrat locum fuisse uicinum Hymetto, cui nomen fuerit κυλλῆ πῆρα, id est, Claudi matica, in eo fuisse templum simulq; fontem, unde fœminæ steriles bibebant, & fiebant fœcundę. Conueniet in eos, qui bulbis alijs uel medicamentis irritant libidinem. Quidam elleboro succurrunt ingenio, & quibusdam medicaminibus memoriæ.

VICES OFFICII.

ἔγκλιῶπις ἡμέρα.

Plutarch.

Plutarchus tradit hoc dici solitum de his, qui cõuiuuiũ agunt aut exhibet: idq; inde manasse, quòd olim apud Ceos mos fuerit, ut qui magistratum inirent, epulum exhiberent populo. Quòd si quãdo plures fuissent magistratus, dies inter se distribuebant. Itaq; quũ sibi occurrerent, rogabant: τίς ἡμέρα, id est, Quis dies? Ea uox in uulgi iocum cessit.

Ordinem deserere.

Αἰπὲν πλὴν τάξι.

Ordinem deserere dicitur, qui deest officio suo in re quam peragenda. Ducta allegoria ab his, qui stant in acie.

Pensum persoluere.

Plautus.

Est tuas implere partes, debito que perfringi officio. Translatum à lanificio muliebri, in quo firgulis certum lanę pondus, in opus distribuebatur. Varro: Nos nostrum pensum absoluimus.

Contribulis factus serua ordinem.

Posteaquam a scitus es in ordinem aliquid, fungere tuo officio, quemadmodum & cæteri faciunt.

VICTORIA VTRISQUE VTRISTIS.

Flet uictor, uictus interijt.

K k

Quo

514 VINCERE ET VINCI

Quoties utraq; pars magno suo malo discedit, ita ut plerunq; solet in bellis accidere. Item in litibus forensibus, in contentionibus. *νομ μιν φατ' αυτ' η αυδωμν. ποτ' ηδ' ηνδραμυμυδλ' η' βαιδ.*

*Ποτ' αν βεβη.*

**Aristoph.**

*Βεβαιον εστιν ημιν  
μηδ' αμν μηδ' η  
εσ' ηδ' ηνδραμυμυδλ'  
εγωδ' ηνδραμυμυδλ'  
ηνδραμυμυδλ' ηνδραμυμυδλ'  
ηνδραμυμυδλ' ηνδραμυμυδλ'*

Testa collisa testæ. Quum duo conflictantur utriusq; malo. Aristoph. *και τωθωσ τωλγαισ υπ' οργησ αντιλ' ανηιστη τωιδω.*

Id est, Ac recalcitrans per iram testa testam uulnerat.

Talis est ferè conflictatio regum inter se belligerantium, qualis ollæ cum olla collisio. Nonnunquam perit uterq;

**Homerus.**

Victoria non inuienta.

Facit hoc tum corruptela iudicum, tum patronorum rapacitas, ut ferè litigantium utræque partes plectantur, adeo ut non raro pœniteat etiam eum, qui uicit litem. In hos igitur conueniet illud Homeri:

*ουδ' οι κατ' αναιμωτι γ' εμαχονε.*

Nec hi sine sanguine pugnam Miscabant.

VINCERE ET VINCI.

Palmam ferre.

Palmam ferre, & palmam tribuere, & palmam præripere, prouerbiali schemate dictæ sunt. Neq; enim palma per se uictoriam significat, sed arborem *επι δ' οφυλλογ*, id est perpetuo uirentem frondibus, quam Græci *φοινικα* uocant. Sunt qui putent hanc arborem initio Phæbo sacrâ fuisse ante laurum, & antiquissimum uictoris infigne fuisse palmam, non aliam quampiam arborem.

Solus currens uicit. *μονοθ' θ' εωγ' ηκράτα.*

De his qui uincunt, nemine contra certante. Translatum à stadîis. Nihil autem est negocij uincere, si nemo tecum certet.

**Horatius.**

Extremum occupet scabies.

Olim pueri certantes clamare solebant: Occupet extremum scabies, adhortâtes hac uoce singulos ad cursum, ac male precantes ei, qui fuerit omnium postremus. Horat. Occupet extremum scabies, mihi turpe relinqui est. inuulnerabilis es, ut Cæneus.

*εξωτ' υπ' αρχησ ωσ κενευσ.*

De his

VINCERE ET VINCI. 519

De his, qui lædi non possunt. Est in poëtarum fabulis Cæneum munere Neptuni nullo telo uiolari potuisse.

ἀνὸθεν κατὰ βάλλει.

Aristides.

Id est, Hoc ipso depone loco. Aristides in Pericle: Iam de loquacibus ô Plato, ignauis, ac timidis prorinus deponne, ne forrè aliquis deus alius Troianos erigat. Vfus erit, quoties statim & absque mora iubemus aliquid exhiberi, ueluti probationem eius quod dixerit aliquis, uel promissum, uel specimen artis, in qua gloriatur sese pollere. Vsurpatur & apud Platonem.

Dare manus.

Cicero.

Est se uictum agnoscere. Marcus Tullius: Ad extremū det manus, uincicq; se patiat.

Herbam dare.

Festus Pompeius.

Est uictorem agnoscere, ac se uictum fateri. Inde sumptum, q̄ (ut autor est Festus Pompeius) iderat pastoralis uitę indicium propterea q̄ antiquitus cur su, aut alio quopiam certamine superati, herbã ex eodem statim loco decerpã aduersario porrigebant uictorię agnitę symbolū.

Harena cedere.

Pro desistere à certamine, & uictoriã ultrò concedere. Translatum à pugna gladiatoria. Sic & Horatius:

Iam Scythæ lassio meditantur arcu. Cedere campis.

Hastam abijcere.

Cicero.

Est causæ diffidere, & contentionē relinquere. Translatum à militia.

Mea est pila.

Id est, Vici, & uoti sum compos, aut res mihi in manu est. Consimili figura dixit Plaut. in Cassi. Sed si hera nunc uult facere officii suū, nostra omnis lis est, id est, uicimus.

Quid nisi uictis dolor?

Vsurpandum, ubi palam fit in contumeliam quippiam. Huc alluisse uidetur Plautinus Bullio. Vē uictis, quum uictus uel iniquis conditionibus parere cogitur.

Victi non audent hiscere.

Plutarch.

Νικόμενοι ἀνδρες τῆ ἀγρυψία δίστανται.

Kk

2

Id est,

Id est, Qui uincuntur, silentio uicti sunt. Conuenit cum superiori.

Tolle digitum. ἄρει δάκτυλον.

Victum te fatere. Nam hoc signo qui in conflictu succubisset, τὴν ἄρειν agnoscebat. Persius:

Nil tibi concessit ratio? digitum exere, peccas.

Hieronymus: En tollo manum, cedo, uicisti.

V I N C V L V M I N S O L V B I L E .

Suidas.

Vulcanium uinculum. ἡφαίστου δεσμός.

Vbi quis nodis inextricabilibus esset illigatus, Vulcanus uinculis teneri dicebatur, sumpta denominatione ab adamantinis illis uinculis, quibus apud Homerum Vulcanus Venerem & Martem irriteriuit, ut quo magis se conarentur explicare, hoc magis inuoluerentur. Herculanus nodus, pro uinculo atq; stitissimo atq; indissolubili.

V I S I N I V S T A .

Leonis catulum ne alas.

λέοντος σκύμνον μὴ ζέει.

Admonet adagium non esse fouendam potentiam, quae leges possit opprimere: quod si fortè talis quispiam extiterit, non esse è Republica decertare cum illo, quem nequeas nisi magno Reipublicæ malo deuincere. Tyrannus aut ferendus est, aut non recipiendus.

Lex in manibus. ἐν χειρῶν νόμῳ.

Id est, Lege manuum. Dicitur, quum res ui geritur, non ex præscripto legum.

Leonina societas.

Est, quum omne commodum ad unum aliquem redit, reliquis ui fraudatis. Natum apparet ex Aesopi Graeci Apologo, de leone, a sino & uulpe.

Aristotel.

Atticus aduena. ἄλλοιος πάροικος.

In uiolentos & feroces uicinos dicebatur. Duryus apud Zenodotum ait, ex Atticorum moribus natū, quod olim finitimos è sedibus suis exigere consueuerint. Perinde proprie quadrabit in eos, qui ita nuper in munus aliquod asciti sunt, ut superiores eiciant.

Ferro

Ferro diuidere.

In hos qui ui rem gerunt , & quibus ferro geritur res,  
& quibus leges inter arma silent. Huic simile est: Ius in ma-  
nu reponere.

Ad sagā ire.

Pro eo quod est, apparare bellum, & ad arma procur-  
rere. Sagum tunicula erat militaris.

Capillis trahere.

τῶν ἄλλων ἄλλοι.

Aeschines

Dicuntur, qui ui perpellunt. Quod & hodie dicitur, au-  
ribus trahere.

Cyclopum more.

Aristotel.

Aristoteles Cyclopicam uitam appellat, ubi nullis pu-  
blicis legibus uiuitur.

Obtorto collo trahi.

Vide, Rigor.

Oculum excludere.

Plautus.

Hac figura uulgus adimit omnem spem petenti, ut di-  
cat: Si hoc impetraris, oculum mihi excludito, aut dentem  
extundito.

Centaurice.

κενταυρικῶς.

Aristoph.

Centaurice fieri dicebatur, quod immaniter, feroci-  
ter, inciuiliter ue fieret, sumpta uoce à Centaurorum mo-  
ribus.

Aristophanes:

Τὶς τὴν θύραν ἀπέλαξε ὡς κενταυρικῶς;

Quis ostium pulsauit ira Centaurice?

Mars rex.

ἄρης θύραν.

Suidas.

In principem, qui ui, non legibus Remp. tractat.

Rus ciuitas.

ἄγρος ἢ πόλις.

Diogenia-  
nus.

Vbi quis in urbe neglectis legibus, ui, próq; sua libidi-  
ne rem gerit. In ciuitaribus enim legibus ex equo uiuitur,  
in agris licentius agitur.

Hospes indigenam.

ἑπιχλὺς δὲ ἐνοικοῦ.

Id est, Aduena inquilinum, subaudiendum ἐξέβαλεν, id  
est, eiecit. Vfus fuerit, quum alienæ professionis quispiam  
alium in propria uincit arte.

ἀγῶμειξτος οὐδὲς εἰσίτω.

Admonet iniquum non admittendum. Vnde Lycurgus arithmeticeu ceu popularem ac turbulentam eiecit è Lacedæmone, geometriam induxit, tanquam modestæ oligarchiæ & legitimo regno conuenientem.

**Aristoph.**

Priusquam sortiaris, communiã deuoras.

πρὶν λαχῆν τὰ κοινὰ καί σοθεις.

Id est, Priusquã sortitio facta sit, communiã deuoras. In eum competit, qui non expectata partitione rem inuadit.

Non mouenda moues. ἀκίνητα κινῆς.

Quadrabit aut in eos, qui moliantur ἀδύνατον aliquid, aut qui res sacras uiolant, aut qui pacta mutant, siue qui conuictis incessunt eos, quibus ob autoritatem debetur reuerentia.

**Plutarch.**

In antrum haud legitimum stimulum impingis.

Εἰς ἔξυμαλίην οὐχ' ὄσιν τὸ κέντρον ὠθεῖς.

Id est, In foramen haud licitum, stimulum trudis. Diæterium Soradis in Philadelphum, qui sororem Arfinoën exemplo Iouis uxorem duxerat, quo quidem dicto offensus ille, capitis supplicium sumpsit.

**Homerus.**

Abstinenta uis à regibus.

Qui dicet haud temerè manum immittendam in reges Potentes, aut uiros deo dicatos, adducet illud Homeri:

Δεινὸν δὲ γίνεσθαι βασιλῆϊόν ἐς τὴν κτείνειν

Id est, Res dura ac plena pericli est Regale occidisse genus.

**Zenodot⁹**

Cescos habitas. κέσκος οἰκῆς.

In stupidum & bardum dicebatur. Cescos Pamphyliæ ciuitas, cuius ciues ob uecordiam stultitiãq; uulgo male audiebant. Iuxta Cescum urbem fluuius erat, cui nomen ἀνους, id est, amens.

**Strabo.**

Cyclopica uita. βίη κυκλώπειη.

Pro uita uehementer effera ac barbara, quæ neq; legibus, neq; disciplina ciuili constet, neq; religione deorum gubernetur.

Cyrnia terra. κυρνια γῆ.

Id est,

Id est, Cynria tellus. Dicebatur regio latrocinij infamis, cuiusmodi ferunt olim fuisse Cynnum. Est autem Cynus insula quedam ob latrocinia nauigantibus inaccessa. Prouerbiū non ineptē detorquebitur in hominem alieni rapacem ac uiolentum.

Martis campus. ἄρειος πεδίου.

Suidas.

In eos torquebatur, qui militari confidentia præditi uiderentur, quiq; rem ui, non iudicio gererent.

In caput præcipitari. ἰσθί κεφαλῆν ὠθεῖσθαι.

Lucianus.

Id est, In caput impelli. Hoc est, præcitem dari. Dicebant eum, qui per summam contumeliam expelleretur, uel qui funditus perderetur.

VITA HOMINIS MISERA ET BREVIS.

Homo bulla. πομφόλυξ ὁ ἀνθρωπίνος.

Cicero.

Prouerbiū hoc admonet, humana uita nihil esse fragilius, nihil fugacius, nihil inanius. Est enim bulla tumor ille inanis qui uisitur in aquis, momento tēporis enascens simul & euanescens.

Spithama uitæ. Σπιθαμὴ τοῦ βίου.

Diogenianus.

Hoc est, Modus uitæ perpusillus. Prouerbialis est figura, mutuo sumpta à rerum mensuris, apud quos spithama seu palmus, digitos duodecim continet, quantum ferme longissimo digitorum porrectu complecti licet. Quin hodie quoq; pusillum homunculum, palmum hominis appellant idiotæ nostrates.

Punctum temporis. Στιγμὴ χρόνου.

Plutarchus.

Simili figura dixit Terentius: Tum temporis ad hoc punctum mihi est, id est, spatium breuissimum. Apud Mathematicos enim punctum, indiuisibilis quedam pars est lineæ. Plutarchus de puerorum institutione, στιγμὴ χρόνου πᾶς ἐστὶν ὁ βίος. Temporis punctum est omnis uita.

Salillum animæ.

Plautus.

Philto Plautinus hominem uocat Salillum animæ, sentiens hominis breuissimam esse uitam, uidelicet quantum salis cuiq; in conuiuio apponitur.

Vt herba solstitialis.

Plautus.

Plautus in Pseud. Quasi solstitialis herba paulisper

Kk 4 sui

520 VLTIO MALEFACTI.

fui, repente exortus sum, repentino occidi. De herba ephemero intellige, sic dicta, quòd ultra diem non uiuat. Id quod Aristoteles de animante eiusdem nominis prædicat.

Cicero.

Optimum non nasci.

Plinius secundus in præfatione 7. lib. Itaque multi extiterè, qui non nasci optimum censerent, aut quàm ocysime aboleri. Senserunt ueteres uitam humanam per se miseram & calamitosam esse. Proinde Homerus δειλούς βροτῶν, id est, miseros mortales appellat.

Dimidio uitæ nihil differunt felices ab infelicibus.

Plutarchus: Quum exiguum tempus uitæ datum sit hominibus, somnus uelut fœnerator dimidium eius aufert. Præterea felicitas, iuxta philosophos, sita est in actu rationis per habitum uirtutis: somnus autem est quies animi, bonis pariter ac malis communis.

Futilis homo. Κεράμιον ἄνθρωπον.

Id est, Mollis, imbecillis, fragilis. Ductum à uasis testaceis, quæ facile cominuuntur.

Stupa seniculus. Στυπῆον γερόνιον.

De uiribus effæcto sene. Sumptum à ligno quod iam exaruit, exuccum que redditum est, & marcidum in stipulæ morem.

Plautus.

Vita mortalium breuis.

Qui monebit dandam operam, ut apud posteros honeste uitæ memoriam relinquamus, quæ perpetuo uiuat, nam hanc uitam angustis circumscriptam esse terminis, accomodabit illud:

ἄνθρωπι δὲ μινωθὰ δίοι τελέεσσι.

Ast hominis breuibus spacijs constringitur æuum.

Ephemeræ uita. ἑφημέρου ζωῆ.

De his qui statim emoriuntur aut pereunt. Ab animalibus quæ sic appellantur, quòd ultra diem non uiuant.

VLTIO MALEFACTI.

Gellius.

Canis uindictam. Κυνὸς δίκην.

In eos, qui præter expectationem pœnas dant his, quos aliquando læserunt. Natū ab Euripide canibus discerpto, quos

quos ab æmulo quopiam immisos fuisse, cōfirmat Aulus Gellius, Canis uindictam, subaudiendum, passus est, aut aliud commodius.

Ornatus ex tuis uirtutibus.

Terentius

Terentius in Adelphis ironice loquitur: Si regnum possiderē, ornatus esses ex tuis uirtutibus. Id est, haberes præmia tuis factis digna.

Repperit deus nocentem.

ἔυρε θεὸς τὸν ἀλιθῶρα.

*De hatt dem rechtlich-lich wasser  
Bott-ist dem binter.*

Quum ultio contingit improbis, quasi diuinitus immissa.

Sero Iupiter diphtheram inspexit.

ὁ ζεὺς κατὰ δὲ χρόνῳ ἴστας διφθέρας.

Id est, Inspexit, & si sero, pellem Iupiter. Senarius pro uerbialis in eos, qui sero quidem, sed aliquādo tamen pro malefactis dant pœnas. Antiquitas enim credidit Iouem omnia in sua diphthera, hoc est, pelle caprina scribere, ac multa quidem pro tempore dissimulare, uerum aliquādo de improbis pœnas sumere.

Semper uirgines furia.

Αἰὶ παρθένοι ἐπεινῦς.

Sophocles

Prouerbiū obscurius deterret à peccando. Erinnes enim malefactorū ultrices corrumpi non queunt, quo minus pœnas sumant de ijs, qui commeruerūt, atq; hac gratia dictæ uirgines.

Mali bibunt improbitatis fecem.

Dici solitum, ubi pœna maleficis digna meritis contigisset. Itaq; uoluptatem ex malefactis perceptam, dolor supplicij consequitur

Sus acina dependens.

Ἀρπίεις χόϊρε γίγαρτα.

Id est, Acinos sus improba pendes. Lues quod admisti, reddes quod abstulisti, nō sine cœnore. Quadrabit ubi pusillum commodi, magno dependitur malo. Natum apparet à rustico quopiam, qui uerbis hisce comminatus sit sui pascenti racemos.

Plutar-  
chus.

Placiada. *πλακιάδα κρη σέλαου.*

Id est, Placiada, etiam Stelaum. Plutarchus ostendit dici consuevisse de deprehensis adulteris, & contumeliose, sicut meretur, tractatis. Vicus est quidam Atticæ regionis, cuius incolæ Placiada uocantur. Apud hos moris erat ut qui fuisset in adulterio deprehensus, ignominiosas pœnas daret, impactis in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos miræ magnitudinis esse dicuntur. Quod si raphani fortè non fuissent ad manum, Stæleo utebatur, id est, ligonis ligno.

Zenodotus

Hipparchorum tabula.

*ἱπάρχων πινάξ.*

Dici conueniet, quoties haud impune significamus, si quid peccetur. A Syracusanis natum adagium. Apud hos enim mos erat, ut Hipparchi hoc est, equitum præfeti in tabulis describerent militum nomina, qui ordinem deseruissent.

Tertius.

Habet.

Quum obtigit alicui quod expetiuit, aut quo dignus est: Habet quod amet, similes habent labra lactucas. Sumptum autumant ab aucupantibus, piscantibus, & cætera.

Ouidius.

Longæ regum manus.

Quod ab Ouidio scriptum est: An nescis longas regibus esse manus? Nimirum quod per suos, quibus brachiorum uice utuntur, possint etiã procul distitos affligere. Potest & ad tempus referri, quod reges etiam si diutius distimulent, soleant tamen aliquando pœnam sumere de ijs, quibus in fensi fuerint.

Scarabeus aquilam querit.

*Κάνθαρος ἀετῶν μαίετ.*

Quum imbecillior atq; impotentior mali quippiã moritur, struitq; insidias inimico longè potentiori. Est & altera lectio: Scarabeus aquilæ obstetricatur. Sensus ferme idem est. Super hac re fertur apologus apud Græcos non inelegans, quem Lucianus indicat Aesopicum esse, &c.

Diogenianus.

Promeri canes.

*Προμῆρ κύνες.*

Dici



Strabo libro VI. refert Temessam ab Lao primam urbem esse Brutiae, quam ab Aufonijs cōditam Thoantis cōmites Aetoli deinde tenuerint: atq; his expulsis Brutijs, de mū Hannibal & Romani funditus euerterint. Iuxta hāc facellum fuisse oleastris circumseptum, Polyte cuidam ex Vlystis comitibus sacrum. Hūc, quod esset à Barbaris uio latus, graues iras in eos exercuisse, adeo ut in prouerbiū abierit, dicerentq; cauendum ne Temesseus genius immineret.

Zenodot<sup>9</sup>

*Adrastia Nemesis, Rhamnusia Nemesis.*

*Ἀδράστια Νέμεσις.*

Subaudiendum, adest, aut aderit, aut eiusmodi quippiam. Licebit uti uel in eos, quibus ob insolentiā, arrogantiamq; fortunæ cōmutationem minamur, uel qui à rebus florētissimis, ad calamitosam fortunā redacti sunt. Hanc quidam Nemesis deam esse putant, insolentiæ & arrogantiae uindicem, quæq; spes immoderatas & uetet & puniat. Strabo tradit Adrastrā dictam ab Adrasto rege, qui primus huic templum constituerit.

*Ad deorum aures peruenit.*

*Εἰς θεῶν ὄρε ἰλθεῖν.*

Vbi facinus aliquod clāculum patratum resciscitur abñs, qui possunt uel remunerari rectè factum, uel punire secus admissum. Idem: Ad nostras aures peruenit.

*Bos lassus fortius figit pedem.*

Hieronymus.

A ueteri trituaræ more ductum apparet, quum circumactis à bubus super manipulos plaustris grana excutieban tur, partim à rotis in hoc armatis, partim à taurorum ungulis. Potest allusum uideri ad hoc, quod iuuenes corporis agilitate præpollent. Senes in Strataria pugna ac uiribus superiores sunt.

Homerus.

*Euenit malo malè.*

Quum scelerato cuiquam euenit, quod omnes imprecabantur & optabant, usurpabitur illud Homeri:

*Θεοὶ δ' ἐτέλεσαν ἐπ' αἰῶν.*

*Explerunt inimica precamina diuī.*

Mala

*Mala malis eueniunt.*

Scitum est illud Socratis, ut se quisq; præstaret re, qua  
lis haberi cuperet.

*Salis onus unde uenerat, illuc abiit.*

In eos, qui parata tueri nequeant. Aut in eos, quibus ma-  
le parata, male dispereunt. Natum adagium ab euentu. Ne  
gociator quidam nauē onustam sale uehebat, nautis dor-  
mitantibus in fluxu aquæ marinæ sentina uehemēter ad-  
aucta & salem uniuersum soluit ac corrumpit, & nauem  
ipsam demersit. Itaq; quod ex aqua marina natū fuerat,  
nam hinc concrescit sal, in eandem denuo liquefactū est.

*Habet & musca splenem.*

*ἔχει καὶ ἡ μύια σπλῆνα.*

Simillimum illi: Et pueri nascuntur rhencerotis habent.  
Item illi: Inest & formicæ bilis.

*Ductus per phratores canis.*

*Λόγους ἔχει φρατρῶν ὁ κύων.*

Vbi quis inciderit in eos, quibus pœnas det. Canis em̄  
apud hos protinus occiditur. Apud Athenienses populus  
in tribus erat distributus, uniuscuiusq; tribus tertia pars  
φρατρία dicebatur, & huic præfectus φρατρίαρχος. In comi-  
tijs igitur si quis canis intercurrisset, continuo petebatur  
à populo.

*Inuitus Iupiter nouit.*

*ἄκων μὲν ὁ θεὸς οἶδεν.*

Id est, Inuitus quidem Iupiter nouit. Vbi quis pollice-  
tur quippiam, sed inuitus. Mihi uidetur rectè quadraturū,  
ubi serius pœnas dant nocentes. Etenim qui serò dat aut  
punit, grauatim id facere uidetur.

*In tergo bouis defedit.*

Lucianus

*ἐπὶ βύσσου ἐκαθίστη.*

Id est, In tergo bouis defedit. Id est, simplex implo-  
rar auxilia. Natum adagium à consuetudine uernacula  
Scythis. Nam apud hos, si quis fortè læsus esset, neq; suppe-  
teret ulciscendi facultas, immolato boue carnes minutim  
sectas coquebat, ipse in tergo humi strato sedebat, ma-  
nibus

tribus in tergum redactis. Idem maximum supplicandi genus apud illos habebatur. Accedebat quicumque uellet optulari, & carniū portione gustata, dextroque pede tergo ri imposito, pollicebatur pro uiribus auxilio futurum. Atque hoc fœdus apud Scythas sanctissimum habebatur.

Inest & formicæ & serpho bilis.

ἔνεσι κἄν μурμουκὶ κἄν σέρφφχολῆ.

Id est, Formicæ inest sua bilis, & serpho sua. Nullum est animal tam pusillum, neque tam inualidum, quod lacessitum non cupiat ulcisci sese. Serphus minutulum animal est, non dissimile formicæ.

Stultus, qui patre caeso, liberis pepercit.

νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας, παῖδας ὑποχτεῖ.

Erit usus adagio, quoties admonebimus aut non prouocandos homines, aut ita conficiendos, ne in posterū reliquæ nos exerceant.

Nunc dii beati.

Νῦν θεοὶ μάκαρες.

Vox erat uelut adaugentis & adgratulātis, quoties nocentibus supplicium meritis dignum cōtigisset, perinde quasi diis & iucundum & honestum sit, ut scelerati dent pœnas. Cōtrā probrosum, si uiris improbis res secūde sint.

Super te hæc omnia Leparge.

ἀνάθι τάδε πᾶντε λέπαργε.

Hemistichium heroicū dici solitum in eum, cui ne post laborē quidem exhaustum dat respirare. Transumptum à bubus, quibus perfunctis iam agricolandi labore, laboris etiam reliquus est, ut aratrum, reliquaque instrumenta domū referāt. Ea solent imponi, qui sit è duobus robustior. Taurum autem λέπαργον appellat, ob candorem pili.

Anus simia sero quidem.

Anus simia sero quidem capitur, sed tamen aliquando capitur. Vbi uersurus aliquis, qui diu eluserit, tandem dat pœnas.

Boliti pœnam.

βολίτης δίκην.

Dicunt, ubi quis de re friuola, nihilque plectitur. Bolitus autem

autem Græcis significat stercus bubulum. Porro Solon legem tulit, quæ pœnam minabatur etiam ijs, qui bubulum stercus furto sustulissent.

Vel capra mordeat nocentem.

κὰν ἀίξ δάκνυ ἀνδρα πονηρόν.

Diogenia  
nus.

Id est, Mordebit uel capra nocentem. Nam capra minime alioqui mordax est, nisi quæ improbis omnia sunt infesta.

Virum improbum uel mus mordeat. *Sic Zeing. dicit. solonisti an  
Sunt rauder dicit. Et Zeing. an vrsary  
ab am. zim.*

κὰν μὺς δάκνοι ἀνδρα πονηρόν.

Id est, Vel mus mordeat uirum improbum. Quo significatum est, quacumque ratione uindictam non deesse malis, sed eos aliquo pacto meritis dare pœnas. Competit & in eos, qui de re quantumuis friuola rixam mouent, seque læsos queruntur. *et offensos similes, ut qd dicit. Vides Erasmus.*

In me hæc cudetur faba.

Terentius

Terentius in Eunuchis: At enim isthæc in me cudetur faba. Hoc est, in me malum hoc recidet, in me hæc uindictabitur culpa. Translatum uel à faba quæ cum siliquis exuatur ac baruitur, ac fustibus intertūdatur, ita ut fit in areis more rusticorum.

Ob textoris erratum.

Ob textoris erratum Hypetes uapulauit, quum quod hic peccauit, alius dependit.

Aesopicus sanguis. *Αἷμα πικρὸν αἶμα.*

Id est, Aesopicus sanguis. Delphi Aesopum quendam nihil commertum interemerunt.

Auriculam mordicus.

Cicero.

Quum impotentem inimicitiam significamus, impatientemque uindictæ cupiditatem, dicimus: Vel auriculam illi lubens mordicus amputassem.

Qui prior læsit.

Homerus.

Hoc uersu Homerus minitatur uindictam ei, qui prior læcesseret: Denuncio, Vlturū me hominem quisquis prior irritarit.

Sortem & usuram persoluere.

Dion.

Dicuntur, qui serius quidem, sed grauius puniuntur, aut qui

qui differunt uindictam, ut per occasionem lædant grauius. Nam prorogatione crescit usura.

Deus ulciscetur.

Homerus.

Quum significabimus nobis in præsentia deesse facultatem depellendi, uerum optare ut superi puniãt aliquando, usui fuerit illud Homeri:

Εγὼ δὲ θεῶν ἰσθῆβαι ὠμαίαι ἐν ἰόντοισι.

αἰεὶ ἐπιθεὶς ζεὺς δῶσι παλίν τε ἔργα γένεσθαι.

Ast equidem immortales implora uero diuos, Si fors Iuppiter ipse uices aliquando reponat.

Idem.

Flagitiorum turpis exitus.

Quum res perperam instituta, malè cedit, conueniet illud Homeri:

οὐκ ἀρετᾶ κακῶς ἔργα.

Haud bene succedunt facta improba.

Plautus.

Malè parta, malè dilabuntur.

Plautus in Penulo: Malè partum, malè disperit, Festus Pompeius ex Næuio citat.

Diogenianus.

Mala proditio.

κακὴ πρόδοσις.

Vbi quis pactam mercedem non accipit, quum turpem præstiterit conditionem.

Malis ter mala.

τοῖς κακοῖς τρεῖς κακά.

Hoc est, Dignis digna eueniunt.

Stobæus.

Miseram messem metere.

Est pro malefactis luere pœnas. Vt sementem feceris, ita & metes.

Canis sæuiens in lapidem.

In eos, qui mali sui causam imputant non ipsi auctori, sed alteri cuipiam.

Canis peccatum sus dependit.

τὸ κυνὸς κακὸν ὄσ ἀπὲ ποιν.

Canis malum sus dependit. Quoties pro his, quæ peccauit alius, alius dat pœnas.

Zenodotus.

Fortis in alium fortio rem incidit.

Ἐδλὸς ἐὼν ἄλλου κρείττονος ἀντίτυχων.

Dici

Dici solitum, ubi quis nimium fretus suis uiribus, aliquando nanciscitur, à quo uincatur.

Ne spina quidem uulnerabit bonos.

μή δ' ἄκανθα ἀιμάζει τὸς ἀγαθὸς.

Nemo molestus fuerit innocenti. Nam spina natura pungit quemlibet. Sed ubique tuta est innocentia, uitaque integritas.

Sui cuique mores fingunt fortunam.

Cornelius

Ex medio uidetur sumpta sententia. Nam plerumque uideamus mala malis euenire, digna dignis, idque uulgo dictitant: Malus malum reperit. Attestiatur & uersiculus proverbialis:

Nepos.

Ἐὖλῳ γὰρ ἀνδρὶ τ' εὖλῳ καὶ Διδὸι Διὸς.

Viro bono fortuna suppeditat bona.

Fumantem nasum urfi ne tentaueris.

Martialis.

Admonet non esse tentandos, qui possint nocere.

Martialis:

Rabido nec perditus ore

Fumantem nasum uiui tentaueris urfi.

Vindicta tarda, sed grauis.

Homerus.

Vbi qui diu multa patrauit impune, tandem in extremum malum adducitur, semel dependet flagitia, congruet illud Homeri:

Νῦν δ' ἀθρόα πάντα ἀρπύσαι.

Nunc cuncta luet semel adglomerata.

Vitanda potentum offensæ.

Idem.

Qui dicit formidandas diuitum & principum offensas.

καλερὶ δὲ τ' ἀνάκτωρ ἴσθι ὁμοκλαί.

Sunt formidanda regum, offensæque, minæque.

Aratro iacularis.

Ἀρότρῳ ἀνορθίζει.

Diogenianus.

Aratro iaculari dicuntur, qui quippiam incircumspecte faciunt, haud prospicientes, quid sit in posterum euenturum. Aut qui suo magno incommodo conantur alterum laedere. Quisquis enim iacto aratro petit alium, is quo morem gerat ire, semet re necessaria priuat, cuius usus paulo post sit desideraturus. Trāslatum uideri potest à bellitena

LI poribus,

poribus, quibus uomeres, marre & sarcula, reliquaq; agri colationis arma in Marria diffinguntur arma.

Plutar-  
chus.

Dulce pomum, quum abest custos.

Γλυκὴ ὁ πῶρα φύλακας ἐκλειοπότος.

Id est, Custos ubi deest, dulce pomū est scilicet. Quum significamus impunitate malos ad peccādum prouocari. Aquæ furtiuæ dulciores sunt.

Idem.

Scro molunt deorum molæ.

Dici solitum de his, qui licet serius, tamē aliquando pœna dant malefactorum uindicti deo.

## V O T V M.

Vtinam mihi contingant ea, quæ sunt inter Corinthum & Sicyonem.

Poterit per iocū torqueri in eum, qui quod assequi non potest, id uotis tamen quasi somniat. Id inde uenit in adagium, quod urbs utraq; esset opulentissima, agriq; feracissimi interiacerent.

Omne æs alienum cape, & multa allium.

Quum quis obstrictus multo ære alieno, optat ut paruo dependere possit quicquid debet.

Lucianus.

Votum munificum. Εὐχὴ μετὰ λόδωρος.

Homerus.

Vbi q; animo spes regias cōcipit, iamq; uoto diues est.

Alia dantur, alia negantur.

Quoties è duabus naturæ dotibus altera contigit, altera negata est. Veluti si cui formæ decus adsit, desit ingenij laus. Siue quum è duobus postulat, alterum dūtaxat impetratur, quadrauerit illud Homeri:

Τῷ δ' ἔπερον μὲν ἴδωκε πατήρ, ἔπερον δ' ἀνένυσσε.

Annuit hoc illi diu ūm pater, adnuit illud.

Theocri-  
tus.

Canis panes somnians.

καὶ γὰρ ἐν ὕπνοις

πᾶς κύων ἄρτους μαντεύεται, ἰχθύα κῆσῶν.

Somnia cuncta canum panes, ego somnio piscem. Sen- sus est, unicuique ea per somnum occurrere, quæ impense desiderat.

Etiam

*Etiam dormiens somniat.*

ονειροπλαῖ καὶ καθύδνωρ.

Somniat etiam dormiens. Quoties significat aliquem toto pectore rei cuiusdam addictum, deditumque. Terentius: Num ille somnia: ea, quæ uigilans uoluit?

*Ne contra bouem opta.* μή κατὲ βοὸς εὐχῆς.

Diogenia  
nus.

Admonet adagium, non esse uitam instituendam iuxta uotum animi, neque quiduis sperandū à superis, sed ut ea dumtaxat sibi quisque promittat, quæ possit industria consequi. Ductum ab agricola, qui negligēs adhibere bovis operam in colendis agris, optat ut citra suū laborem proueniat seges.

*Adoraturi sedeant.*

καθῆδὸς προσκυνήσοντας.

Pythagoras.

Significat uota certa concipere oportere, & in his quæ sunt optima perseverare. Quidā arbitrantur alium subesse sensum, quod oporteat eos, qui sacris operantur, non obiter ac uelut aliud agentes, hoc facere, sed uacuos ac totos rei diuinæ intentos.

*Non quiduis continget, quod optaris.*

Homerus.

Qui negabit omnia contingere homini quæ sperarit, animoꝝ conceperit, accommodabit illud Homeri:

ἦδὲ μὲν ὄνειροι ἀμήχανοι ἀνεκέρμυθοι

γίγνονται, οὐδέ τί τε πάντῃ τελεῖται ἀνθρώποισι

Friuola scilicet existunt, & inania quædam

Somnia, nec quodcumque uides, sic euenit omne.

*Quæcumque in somnio uidentur.*

Ὅτι ἐν ὄνειρῳ βλέπεις.

Theocritus.

Quæcumque per somnium uides. De uotis immodicis dicitur. Nam quicquid optaris, id somniare cōtingit quibuslibet.

Theocritus:

ἔχω δὲ βιόσας ἐν ὄνειρῳ.

φαίνονται, πολλὰς μὲν οἷς ποικίλας δὲ χιμαίρας.

Possideo quæcumque solent sub nocte uideri

In somnis, uim magnam ouium, multasque capellas.

Ll 2 Qui

Vergilius.

Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.

Vergilius:

Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.

Nam quod quisq; sperat, facile credit.

Quid non fies, profectus Arbelas?

Τί οὐ γενήσῃ, ἰὼρ ἄρβέλῃ;

Quid non fies, Arbelas profectus? De eo dici solitum, qui peregre proficiscens, ingentia sibi pollicet, fretus gentis, ad quam demigrat, in scitia, barbariēq;. Siquidem Arbelas Siciliae ciuitas, cuius ciues malē audiebāt olim, ut stupidi, & quibus facile imponeretur.

Diogenianus.

Semper superioris anni meliora.

Αἰὶ τὰ πῆρσι βελτίω.

Semper superioris anni res meliores. Cum praesentia displicent, & anteferuntur anteaeta. Horatius:

Laudator temporis acti

Se puero.

Citius usura currit, quàm Heraclitus.

Ὁ ἄπλορ ὁ ἄκρο ἠρακλείτω πδανίω ἔρχεται.

Id est, Citius usura, quàm Heraclitus celerrimus currit. Admonet ad agium, abstinēdum à mutua pecunia, quae credatur ad usurā. Nam opiniōe celerius recurrere diem usurarium. Sumptū ab Heraclito quodam celeritate currendi praeter ceteros eximio atq; excellenti.

Plutarchus.

Est Pylus ante Pylum.

In eos accommodabitur, quibus alia usura ex alia nascitur. Pylus enim Messeniorum est ciuitas.

Felix, qui nihil debet.

Ἐν δαίμονι ὁ μὴ δὲν ὀφείλων.

Id est, Felix, qui nihil debet. Quid enim calamitosius, quàm toties erubescere, toties perfricare faciem, fugitare, latitare, mentiri, dissimulare: nunc supplicem agere, nunc flagitare: palam appellari, uitari, notari digito, breuiter nunquam tui iuris esse? Nam haec, cumq; his multa alia

alia incōmoda secum adfert æs alienum. Plutarchus scribit Persis duo fuisse peccata: Primum, debere: Proximum mētiri. Nam ea iudicabant cohærere, quòd qui sunt obæ-  
rari, sapius cogitantur mentiri.

Animam debet.

Terētius.

τὴν ψυχὴν ὀφείλει.

Dictum, Paupertatis loco.

Semel rubidus, ac decies pallidus.

Suidas.

ἅπαξ πωρὸς, καὶ δέκα ἄν χλωρὸς.

Id est, Semel rubidus, & decies pallidus. Suidas admonet dictum de iis, qui mutuum accipiunt, quos necesse est crebro tum rubescere pudore, tum metu pallefcere. Rube-  
fcere dum petunt mutuum: Pallefcere dum soluendo non sunt & metuunt ne trahantur in ius, aut in neruum.

A D A G I O R V M O M N I V M E R A -

S M I R O T E R O D A M I

F I N I S.

Ll 3 AV